



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

58. Eruptiones & pugnæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)



1660.

498 CHRISTOPH. BERNARD.

hiemem gelu, earum vibratione terreant oppidanos, ne concisâ stricti fluminis glacie, viam disturbent obsidentibus, aggressivum tentaturis.

58.  
*Eruptiones & Velitationes.*

Hunc ut everterent Monasterienses ipsâ *Divo Victori* sacra die sub crepusculum matutinum improvise magno numero erumpunt. Sed proditi mox ab excubitoribus, læsâque inter pugnandum *Ductoris tibiâ* (is paucis ante diebus à Principe desciverat) omnes cum eo terga vertunt, seseque intra hortorum latebras, seseque abdunt. *Cæsareani*, quorum tunc excubitiæ erant, auspiciis *Baronis Eltzij* fugientium turbam ultra molarios colles insectantur. Et equite per vias & campestria hostem inquirente, adeò ingens decertatio fuit, ut dato licet receptui signo, vix à pugna revocari potuerit incallescens miles. In objectas è mœnibus turmas continuè tormentis fulminatum est. Ea clade discerpi equus unus, & bini equites; tresque gregarij, & ex his duo, primâ aggressione læthaliter sauciati æquante penes obsessos caesorum, læsorûmque numerum fortunâ.

Die verò secundâ Novembris infelicis pugnarunt Urbani. Dum enim in novum aggerem, stationemque *Nevinckhavianam* impetum meditantur, fortè fortunâ supervenit *Wilichius* Castrorum Praefectus, & *Nagelius* Chiliarcha, operis progressum



gressum lustraturi. *Wilichius* mox pedes militem præit, dexterâque ensen tenens in hostem ducit, persequiturque, donec in fugam actus relictis triginta bombardis ac tympano, quâ datâ viâ ad tutiora ponè Urbem se recepit. Cùmque *Wilichius* interim ac *Nagelius* immisso equitatu circumgredi terga fugientium jubent, magno ardore concursum est. Eorum tandem Ductor *Nubelius* sub-Centurio & facile viginti aut cecidèrè aut gravi vulnere affecti sunt. Militia Principis septem numeravit fauciatos, & post enectos duos equites, Joannis Adriani *Reckij* nobilis, & magnæ spei adolescentis casum vehementer luxit.

At jam antè, vectores ac vehicula, quibus impedimenta Legationis *Friso-Batava* 59. *Vectores* Monasterio in Gelriam deportata erant, dum *Legatio* revertuntur, stationarij interceptè. Quod *nis Batava* fidem pro eorum securitate stipulati, ita *va in-* violatam supramodum Legati dolerent, *tercepti.* eorum interpellatione Uniti Belgarum Ordines, datis ad Principem litteris, dimitti captos postulabant. Verum Princeps, negatâ libertate vectores respondit baiulos fuisse chartarum, quas obstante interdicto in Civitatem perferre non licuerit; sed & præterea cognito annonæ defectu, optione liberâ, maluisse ruri saturos, quam famelicos intra moenia hospitari.

Aitze